



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Georgicoru[m]. P.|| Virgilij Maronis liber cum || nouo  
comme[n]tario Hermanni || Torrentini.|| ... ||**

**Vergilius Maro, Publius**

**Colonie, 1503**

**VD16 V 1532**

Liber Primvs Georgica Vocantvr Hi Libri quattuor Virgilij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70203)

## LIBER

## PRIMVS

Georgia,  
Georgos  
Georgicus  
Georgica



## GEORGICA VOCANTVR HILIBRI

quattuor Virgilij, quasi ad agriculturam pertinens. Nam georgia grece significat agriculturam, & georgos agricolam. Inde fit georgicus a um, id est

ad agricolam vel ad agriculturam pertinens. Item Georgica orum, id est scripta de agricultura. ¶ Agricultura vero olim magno in honore fuit ut autor est Plinius, de qua & multi doctissimi viri scripta reliquerunt. Nam primus de illa scripsit Hesiodus antiquissimus poeta grecus. Et apud Latinos, M. Varro, R. Virgilius, L. Columella, L. Plinius, & alij complures. Sed inter omnes principatum obtinet Virgilius maiestate carminis & elegantia copiarum dicendi. ¶ Vt autem Virgilius in hoc opere stilo temperato vel mediocri pro qualitate materie. Tria namque sunt genera dicendi, scilicet hu-

Tria genera dicendi,

mile, grande, mediocre. Primo genere Virgilius utitur in bucolicis. Altero in eide. Tercio hic in georgicis. Que quidem georgica ornatissime scripsit & pro septem annos expoliuit, ut scribit Seruius. Ideoque summa cum diligentia legendum est hoc opus a studiosis adolescentibus. Quod ut melius intelligant, statuimus eos pro viribus adiuuare his commentariis tam lucide scriptis, ut ab omnibus facile possint comprehendere.

## ARGVMENTVM PRIMILIBRI

Quid faciat letas segetes, quo sidere seruet  
Agricola, ut facilem terram proscindat aratris  
Semina quo iacienda modo, cultusque locorum  
Edocuit messes magno cum fenore reddi.

*Esse Joannes Jacobi sum possessor  
Huius libri holsleriensis.*